

Yum librum appropriaret, coram summo pōtifice, addidit has rub. excepta prima ru. quæ in capite libri inserta, dicit. Incipit cōcordantia discordantiū can. quæ fuit facta, à Gratiano & ista sola est authent. * Be. sed certe hoc est falsum, quia nec Gratia. habebat auctoritatem condendi legem, nec interest quòd ille liber decreti fuerit approbatus ab habente auctoritatem condendi legem, vt à pontifice, vt tradit Rimi. & Ripa, in d. l. i. dicens hanc esse communem opi. quam tenet Ab. & Fel. in cap. i. de rescriptis, & patet quia summus pōtifer, allegat illi librum, vt in cap. cōtinuatur. extra de responsatione impuberū, melior tex. in Clemen. i. ver. nos codē, ibi secundū formā in decretis, que incipit tibi domino, de iure iurando quia respōdeo librum decreti, esse verum, esse approbatum, quamuis de facili posset teneri cōtrarium vt per Decian. d. cap. 2. de rescrip. & Rimi. in l. i. si cer. pera. & Ab. in prohe. decreta. tamen retenta cōmuni opi, quòd ille liber sit approbatus, debet intelligi, quo ad dicta pontificum & sanctorum patrum, ibi relata, non autem ad dicta Gratia. ita dicit Abb. & Fel. in d. cap. i. Riti. Kip. Iaco. de nigris in d. l. j. adeo quod etiam si à Gratia, fuerit facta non per hoc erit authent. ita, quòd vim legis habeat, t̄ bene verum est, quod Abb. in d. prohe. & Ioan. Bapri. de sancto Blasio in rubri. prohe. dicunt prout refert Iac. de nigris in d. l. j. quòd illa prima ru. decreti, potest dici authent. est quòd sit vera. scilicet quòd verè fuerit à Gratia. facta, sed licet dicit ipse I. co. in d. l. j. non possum videre vnde habuerint isti patres hanc expositionem & dato quòd posset dari hęc expōitio, nihilominus non fuit mens ista Iaso. hic, & Alex. in d. l. j. à quo omnia verba Ias. habuit vt ex eorum verbis precedentibus & sequentibus manifestè patet, sed authentica considerauere, pro habente vim legis ex quibus omnibus ianu satis dictum puto circa rubr. * Ioann. de pla. adhuc aliquid restat resoluerè postquam dictum fuit has rubr. tanta auctoritatis esse vt text. equeunt vt videamus, an ille qui est obligatus simpliciter scribere librum teneatur scribere rubr. * Benin. præsertim quom sint rubro colore scribendæ, qui erit maioris dispendij vt per Alei. in d. l. prima si certum petatur. & diximus supra. * Ioan. de pla. ego teneo indubitanter quòd sic. * Ias. & ego. * Oze. & pro hoc facit text. in l. secunda. ff. de annuis lega. arguendo de re & persona ad tempus. * Benin. idem dixit Alex. in d. l. j. Ino. Alex. & Ias. in l. stipulationes commodissimum. ff. de verb. obli. Fel. in rubr. de accusatio. & pro hoc facit, quia ille qui tenetur scribere librum, tenetur dare totū, & non sufficit dare partem vel dare librum caput & non perfectum, quoniam liber cõp̄tus scribi & non perfectus non dicitur liber. l. librorum. §. sed nec capri, vbi glof. & doct. ff. de legat. iij. sed liber in quo desunt rub. non dicitur totus scriptus & perfectus cum desint rubr. & sic pars text. igitur non potest appellari liber. Et sic ille qui promisit scribere librum non adimpleret promissa quia librum non scriberet. * Ias. ¶ limita hanc conclusionem nisi aliter se haberet consuetudo. l. minime. ff. de leg. * Ben. idem dicunt doct. in d. l. stipulationes commodissimum. & Fel. in d. loco. * Oze. ego autem sum in contraria opinio. quòd etiam stante consuetudine aliter, promittens scribere librum teneatur scribere rubricā quoque,

quoniam talis consuetudo non tenet, & magis corruptela dici deberet, quia contra naturalem rationem esset. l. ij. C. quæ sit longa consuetudo, cap. si. de consuetudine, quia ratio naturalis est. pacta seruati l. j. ff. de pactis, ista consuetudo dicitur quòd pacta non seruatur, ergo non valent, quòd dicitur pacta non seruati, patet, quia tu fuisti pactus mecum de scribendo librum, si scribis text. & relinquis rub. non diceris fecisse quod promissisti, quia quotiescunque aliquid agendum superest, nihil actum videtur. l. cum syllanianum. C. de his quibus vt indignis, sed hic superest agendum, scilicet scribere rub. ergo nihil scriptum esse videtur & seruatum, quod est promissum, imò vt consuetudo sit firmiter tenenda, debet in se rationem habere, vt dicitur legibus. * Ben. est falsum hoc dicere, quòd talis consuetudo, sit contra rationem naturalem, quia dicitur pacta nō seruati, quia imò pacta seruantur, sed consuetudo illa declarat: nam declarat contrahentes visos esse sensisse de scribendo libro sine ru. quæ declaratio iuri naturali non displicet. l. ius ciuile. ff. de iusti. & iu. notatur in §. sed naturalia. supra de iure naturali, & secundum istam declarationē dicitur pacta seruati, quòd stante quòd valeat consuetudo, sequitur quod nihil superest agendum, adeo quòd omne quod est promissum videtur factum, & aduertit quod lex secunda. C. quæ sit longa consue. non dicit quod consuetudo non valeat contra rationem, vel contra legem, quia esset contra text. in §. sed naturalia. supra de iure naturali. l. de quibus. ff. de legi. vbi dicitur quòd contra legem valeat consuetudo adeo quod eam tollit, ideo mens legis secunda est. ponere de auctoritate consuetudinis & demōstrare, quòd est tanta quæ est lex, vel ratio & non pluri, quòd ostendit text. in princ. dum dicit non est vilis auctoritas consuetudinis, dū potest subdit non est tante, vt vincat rationem, aut legem, non vult dicere vt tollat rationem, aut legem, sed vult dicere, quod non est maioris auctoritatis quam sit lex, aut ratio. sed tūc dices si consuetudo, abrogat legem, ergo est maioris auctoritatis & sic vincit auctoritate legis, quia respondeo, quod non ratione alicuius auctoritatis, quæ particulariter sit in consuetudine, per eam abrogatur lex scripta, sed eo quia postea emanauit, vt est text. supra in d. §. sed naturalia, de iure naturali, & doctor. tradunt, & maxime Ias. in d. l. de quibus. quod idem accidit in l. scripta respecta abrogande consuetudinis, vel legis scriptæ, vt in d. §. sed naturalia, & in d. l. de quibus tradit doct. adeo quod hoc non erit respectu maioris auctoritatis, sed ratione temporis, & sic omnes erunt paria auctoritatis, alij intellectus dantur ad dictā, l. secundam. quos refert glo. & doct. in d. l. ij. & in d. l. de quibus. addito tamen, quòd consuetudo non admittatur contra ius naturale, & diuinum, per c. si. de consuetu. & per docto. in d. locis, sed ista consuetudo nostra, non est contra rationem naturalem nec diuinam. merito debet valere, his c. enucleatis deueniamus ad tu. per Iust. hic insertā.

S V M M A R I A.

1. Glo. Rub. Diuisio.
2. Rub. de Actionibus, Cur potius in plurali quam in singulari concepta sit, & nu. 3. & 29. & 30. cum sequen.